

וְאֶלְהָ שְׁמוֹת
SIVE
LIBRI EXODI
HERMENIA CRITICO - LITTERALIS
IN LOCIS OBSCURIS EX POLYGLOTTIS
TENTATA.

Cap. I, 5. כל נפש יצאי ירך יעקב שבעים נפש Omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore JACOB, erant *septuaginta*: non contradicit Genes. XLVI, 26. ubi ita legitur: כל הנפש הבא ליעקב מצרים יצאי ירכו ... ששים i. e. omnes animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius ... *sexaginta sex*: neque Vers. των ὁ: Ήσαν δὲ πάσαι ψυχαι εἰς Ιανωθ, πεντε και εβδομηκοντα i. e. erant omnes animæ ex JACOB *quinque* & *septuaginta*. Nam

Exodi l. c. sub numero *septuaginta*, comprehenduntur tum filii, tum nepotes ex JACOB descendentes, j. indicem, quem exhibit Genes. XLVI, ¶ 15. Ex LIA filii & nepotes 33.

¶ 18. Ex ZELPHA - - - 16.

¶ 22. Ex RACHEL filii & nepotes 14.

¶ 25. Ex BALA filii & nepotes 7.

70.

¶. vero

V. vero 26.
ex JACOB, C
grisu, qui C
duobus filiis
66. capita con
LIX. nunc
gratiam JOSE
gis videntur
& MANASIS, I
notes, demp
& GALAAD ej
& TAAM filios
te addidisse,
capita. Pe
ipos LXX.

V. 10. 7
tus hebr. sig
restius Sam
bis bellum;
Eodem mod
& Arabs.

* Ob ty
bis ve
bus hic

V. 11.
Sam. 25.

¶. vero 26. cit. C. loquitur tam de *egressis* ex JACOB, quam cum eo Aegyptum *ingressis*, qui (demtis JACOB & JOSEPH cum duobus filiis jam præsentibus in Aegypto) 66. capita constituant.

LXX. tandem in Aegypto scribentes in gratiam JOSEPH quondam ægyptii Proregis videntur ¶. 20. duobus filiis EPHRAIM, & MANASSIS, horum quoque filios JOSEPHI nepotes, nempe MACHIR, MANASSIS filium, & GALAAD ejus nepotem: tum SUTALAAM, & TAAM filios EPHRAIMI, cum EDOM nepote addidisse, quibus una computatis sunt 75 capita. Porro STEPHANUS Actor. VII. 14. ipos LXX. secutus videtur.

¶. 10. כִּי תְּהַרֵּן מִלְחָמָה ad litteram textus hebr. significat: si evenerint bellum; sed rectius Samar. זָמָן אֶת צָבָא si evenerit nobis bellum; ita & οὐδὲ συμβοτικόν πολεμος. Eodem modo cum vulgata Onkelos, Syrus & Arabs *.

* Ob typorum defectum utriusque Syri & Arabis verba propriis cuique linguae characteribus hic & in seqq. addere haud possumus.

¶. II. וַיַּבְנֵן עָרִי מִסְכָּנוֹת וְנוֹ five rectius cum Sam. זָמָן אֶת צָבָא & ædificarunt urbes taber-

naculorum: horum loco Hebr. — receptaculorum — verius exprimere per מַסְכָנֹתֶת videatur utpote derivatum non a שָׁכֶן quiescere sed קָרְיוּ בֵּית אֹזְרִיאָה שָׁכֶן prodeesse — Targ. Onk. urbes thesaurorum — Syr. & Arabs horrea, reddiderunt. — Οἱ ὧν ibidem binis civitatis, Phitom & Rameſſe addiderunt tertiam quam Ωὐ vocant: ita enim illi: καὶ Ωὐ, καὶ εἰς τὴν Ηλιόπολιν, quae in hebr. omissa est: & recte quidem (ait HIERONYM. de LL. Hebr.) quia antequam JACOB ingredieretur Aegyptum, Heliopolis jam erat exstructa. Conf. Genes.

XLI, 45.

וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ מצְרָיִם לְמִילְדַת הָעֲבָרִית 15. פ' אשר שם האחת שפורה ושם השנית פועה ונו Has ambas Obstetrics genere præcise. Hebræas fuisse, ipsa hebr. constructio non decidit.

וַיֹּאמֶר כִּי חַיְתָה הַנָּה 19. Vulg. — ipsæ enim obstetricandi scientiam habent — sensui magis, quam litteræ adhæret.

וַיֹּאמֶר כִּי יְرָאוּ הַמִּילְדָת אֶת הָאֱלֹהִים 21. Vulg. quia וַיַּעֲשֵׂה לְהָם בְּתִים וַיַּצְקֵחֵן פרעה וְנו timuerunt Obstetrics Deum, aedificavit eis domos: præcepit igitur PHARAO &c. Quis? quibus? qualesve domos? an Deus, aut PHARAO? domosne materiales, aut tantum multi-

multiplicando familiam? Obstetricum vel Israelitarum? ædificasse hic narratur? ob-scura cuncta. — Plerique interpretum, alii quidem de exstructis pro obstetricibus domibus materialibus (tacitis tamen mediis naturalibus, an extraordinariis?) alii vero metaphorice de divinitus multiplicata illarum familia in præmium exhibitæ Israelitis benevolentiae intelligunt. — Utrisque vero videtur obstare tum pronomen hebr. mascul. **וְהַ** illis, tum ædificatio sive multiplicatio certe non alia, nisi miraculosa, ad quam sine necessitate hic recurri videtur.

Minus adhuc nobis os ó satisfaciunt ita vertendo: επει δε εφοβυντο αι μαλαι τον Θεον, εποιησαν εαυταις ομιλιας: quia timebant Obstetrics Deum, ipsæ fibimet ipsis fecerunt domos; sed hæc versio neque cum fonte, neque cum reliquis adjunctis recto sensu cohæret.

Planior igitur nobis fontis hebr. punctis nonnihil mutatis, sensus ejusmodi emergere videtur: quia Obstetrics timuerunt Deum (non obediendo scil. impio PHARAONIS mandato, vivosque servando masculos hebræorum, eosque jam ante suum adventum natos, utut falso, causando) PHARAO fieri cu-

ravit eis (Israelitis) domos, in quibus fixo velut domicilio habitarent, ne uti antehac, mutatis instantे partu continuo tentoriis curam vel *Obstetricum* vel *Aegyptiorum* facile eludere possent, sicque nascituri post-hac masculi hebræi securius detegi, atque ad regium mandatum, quod mox datum fuit, in flumen projici possent. Rationes ulteriores hujus interpretationis coram redet D. Defendens.

Cap. II, 1. *λη Posthæc*, quod addit Vulg. in hebr. deest; proin יְלִי reddendo ita: egressus vero fuerat vir quidam, * . . . & sumserat sibi uxorem &c. facile evanescunt tricæ hic fieri solitæ de AARONE fratre MOYSIS tribus annis natu majore **, deque modo, quo is crudele PHARAONIS mandatum de suffocandis cunctis hebr. masculis evaserit? — Erat enim jam ante hoc infanticidium natus.

* Scil. Amram. Ex Cap. VI. 20.

** Juxt. Cap. VII. 7.

V. 3. Loco *fiscellæ scirpeæ*, quam ex hebr. תְּבַת נָמָא redditum Vulg. nos naviculam, prout eæ in Nilo navigiis adhiberi olim solebant, ex arbore papyracea confectam intelligimus.

οι δια hic verterunt equidem Σίθην, fiscellam; iidem tamen Genef. VI. 14. idem nomen **תְּבַחַת** per **κύβωτον**, **arcam** expresserunt.

Arcam quoque hic innuunt Chald. Syr. & Arabs.

¶. 10. Moysis nomen, quod hic primo occurrit, idemque innuit, quod *aquis servatus* vel *extractus*, suam linguæ ægyptiacæ sive copticæ, non vero hebrææ originem probabilius debet; * compositum namque videtur ex *Mo*, quod ægyptiis aquam, & *T̄es*, vel prout alii volunt, *oudsche*, quod idem, ac *extractus*, significat, sono dein ac significatu fere eodem inter Hebræos recentum **.

* Teste JOSEPHO L. II. Antiq. Judaic. C. V. n. IX. edit. colon. ubi ita τογαρ υδωρ μω οι αιγυπτιοι καλοστι. υσονδε ταξ εξ υδατος σωθεντας.

** Conf. EICHORNS Einleitung ins A. T. II. Th. pag. 285.

¶. 16. **כהן** non tam Principem ut alibi, quam Sacerdotem, & quidem veri Numinis significat, qualem REGUELEM ex posterris ipsius MADIAN, ABRAHAM ex Cethura filii oriundum, avita cum stemmate Reli-

gione conservata adhuc fuisse, plura nobis adjuncta persuadent. Conf. Paralip. I, 32.

¶. 21. וַיֹּאמֶר a rad. יָאֵל verius nobis, & consensit, quam cum Vulg. (juravit) exprimit; pariter ibi post לְמִשְׁה Samar. peradcommode, quod in hebr. masor. deest, additum habet עֲשָׂא ל in uxorem. Ita & in Cod. 603. Kennicott.

¶. 22. In Hebr. nulla fit mentio filii secundo geniti Moysis, quem C. XVIII. 3. primum refert, hic loci vero eum a Vulg. congrue recenseri existimamus, suffragantibus simul eidem Syr. & Arab.

Cap. III, 1. Sub חַתְןָ socerum, & non tantum Moysis cognatum, nempe יהוֹיָה intelligimus, qui Num. X, 29. alio adhuc nomine חֻבָּב Chobab, filius REGUEL insignitus legitur. — הרְדָה אֱלֹהִים ibid. per hebraismum montem excelsum nobis insinuat: contendenti tamen montem Dei per prolepsin intimari, obstinate haud reluctabimur.

¶. 2. מֶלֶךְ יְהוָה אֱלֹהִים & adparuit ei — Moysi — angelus JEHOVA. Ecquis ille angelus? creatus, an increatus? — Uniforme sive Patrum, sive Interpretum ceterorum responsum frustra hic inquiritur. In hoc

hoc igitur opinionum conflictu sustinemus cum Patribus antiquis non paucis *, angelum, qui hic & alibi adparuisse in Bibliis V. T. legitur, ex prædicatis & adjunctis, quæ illi sociantur, non creatum sed increatum ipsum Dei filium, passim missum vel mitten-dum in script. adpellari solitum fuisse, adeoque hic non obscure insinuari, aliquam fal-tatem pluralitatem personarum in una eademque Deitate existere.

* JUSTIN. in dial. cum *Thryph.* IREN. Lib. 41. adv. hæref. cap. 26. Basil. LL. II. & IV. cont. *Eunom.* HILAR. LL. IV. & V. de Trinit. THEODOR. quæst. 5. in *Exod.* &c. &c.

¶. 14. אהיה אשר אהיה Vulg. sum, qui sum, non tam Dei nomen, quam propriam Iesus naturam independentem, nullique mutationi obnoxiam, adeoque infinite perfectam lex-primere videtur.

¶. 22. Ante seq. וְשָׁאַלְתָּה אֲשֶׁר וּנְ & postu-labit mulier &c. supplenda esse ex Samar. וְשָׁאַלְתָּה אֲשֶׁר וּנְ 2&שׁוֹר וְpetet vir a proximo suo &c. suadet tum rei ipsius even-tus, tum coll. C. XI, 2. infra velut loc. parall.

כִּי כְּבָדָפָה וְכָרֶד לְשׁוֹן אֲנָהִי ۱۰.

Vulg. quoad sensum: quoniam impeditioris & tardioris linguae, sive ad litteram: quia gravis ore & linqua sum. Sed haec coll. Ezech. III, 3. intellecta non tam de quodam loquela defectu naturali, quam de idiomate non amplius sat cognito, quale Aegyptiacum aut etiam Hebreum Moysi Aegypto jam per XL. annos exuli videbatur, aequem commodum obtinent explicatum; & ideo ¶ 16. & infra VII, 1. frater ejus AARON utriusque linguae adhuc bene gnarus, Moysis interpres ad populum & PHARAONEM constituitur.

¶ 21. וְאַנְּיִ אַחֲרָךְ Vulg. ego indu-rabo cor ejus, hisque similia in seqq. plures adhuc repetita juxta genium linguae idem sonant, ac permittam PHARAONEM indurare cor suum: adeoque nihil culpæ in Deum refundunt.

Cap. V, 5. הַזְּדֻבִּים עַתָּה עַם הָרָץ וְנוּ ad litteram: ecce! multi nunc sunt populus terræ: obscura haec esse in hebr. masor. quis non videt? verum hanc obscuritatem tollit Samar. addendo מ ante עַם עַם מִן præ populo; huncque reddit sensum: ecce! plures

res jam sunt (Israelitæ) quam populus ter-
ræ i. e. ægyptii, quanto magis, si dederi-
tis eis requiem ab operibus, juxta Vt.ig.

ঁ. 13. כַּאשֶׁר בְּהִזְבָּן ad litt. sicut
dum fuerat palea; — complet sensum Sam.
addendo נָאכֵן בְּצָבָא data vobis; ita & os
— καθαπέρ και οτε το αχυρον εμιδοτο υμιν; Targ. Onk. כְּדַמְתִּיחָבְלָכְנוּν הַכְּנָא
modo Syr. & Arabs.

... אֱלֹהִים וְאֶרְאָה אֶל אַבְרָהָם ...
... בְּאַל שְׂדֵי וּשְׁמֵי יְהוָה לֹא נָדַעֲתִי לְהָסֵן וּנוּ
ad litt. Ego dominus, qui adparui ipsi
ABRAHAM ... qua Deus omnipotens: ve-
rum sub nomine JEHOVA non sum cognitus
illis. Quid pronius, quam ex his ita con-
cludere: igitur nomen Dei JEHOVA antiquis
Patriarchis nondum cognitum fuit? — Ve-
rum ita inferre prohibent ipsaem litteræ
sæpius jam ante ætatem Moysis nomen JE-
HOVA a Patriarchis prolatum & invocatum
contestantes; * cognitum igitur sine dubio
fuerat jam ante MoySEN nomen JEHOVA **,
sed non quoad omnem, quam involvit,
significatus sui extensionem; ad quam inter
alia spectat exactissima Dei in adimplendis
promissis absolutis fidelitas. Collato proin

contextu sequens, ni nos omnia fallant,
sensus referabitur: patribus vestris me tan-
quam Deum omnipotentem equidem satis
comprobavi, fidelem vero promissi mei (in
cedenda nimirum vobis terra Chanaan) exe-
cutorem neandum me exhibui: *** quam
expositionem amplius declarabit D. De-
fendens.

* Genes. XII, 1. 4. 7. 8. &c.

** Confer. inter alia Exod. III, 14.

*** Conf. infra Cap. VII. 5.

וְגַם אָנִי שָׁמַעְתִּי אֶת נָאָתָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. ¶ 5.
Vulg. ita vertit: ego **אֲשֶׁר מִצְרִים מַעֲבָרִים אָחָת** **o**
audiui gemitum filiorum ISRAEL, quo Aegyptii oppresserunt eos; sed minus confor-
miter Fonti, qui ita exponendus est: **quo**
servire cogunt Aegyptii.

¶ 9. Post hæc verba: וְמַעֲבָרָה קָשָׁה propter servitutem duram, Samar. sequen-
tia refert loco haud incongruo, quæ defunt in hebræo: זְאַבְרָהָן זְבָדָיָה
¶ 10. Dixeruntque ad Moysen: desiste nunc a nobis, ut serviamus Aegyptiis: nam me-
lius.

lius est nobis servire Aegyptiis; quam mori in deserto.

* Conf. infra C. XIV. 12.

¶. 14. Quæ ab hoc ¶. usque ad ¶. 26. de genealogia MOVSIS & AARONIS historiæ inserta sunt, ceu quoddam παρεργον habenda, & reliqua a ¶. 26. tanquam επιλογος narrationis nonnihil interruptæ.

ותלד לו את אהרן ואת-משה ור' Hisce: & peperit ei (Amram uxor JOCHABED) AARON & MOYSEN: Samar. omissa in Hebr. & Vulg. recte supplere ita videtur: אֶת־אַמְרָם שֶׁבֶשׁ־אֶת־בְּנֵי־אַמְרָם & Mariam sororem eorum; de qua in seqq. non semel fit mentio. Ita pariter in suo Cod. habuere oīō, dum ita verterunt: Καὶ ἐλέθεν Αμβραμ τὸν Ιωχαβέδ . . . καὶ εγεννήσεν αὐτῷ τὸν τε Ααρὼν, καὶ τὸν Μωυσῆν, καὶ Μαριάμ την σφέλφην αὐτῶν.

Cap. VII, 1. ואהרן אחיך יהוה נביאך ינו (Et AARON frater tuus fit Propheta tuus) non contradicit L. I. Sam. IX. 9. בַּיִ לְנֹבִיא הַיּוֹם qui enim נֹבִיא Propheta hodie dicitur, olim vocabatur רָאָה Videns, cum tamen diu ante SAMUELEM AARON quoque vocetur נֹבִיא; verba enim Sam. l. c., parenthesi

thesi inclusa forte a posteriori manu addita nomen נביא ætate Moysis vel SAMUELIS plane ignoratum fuisse haud innuunt; cum illud scripta Moysis Lib. V. sive Deut. & alibi saepissime exhibeant: sed tantum Prophetam ævo Samuelis usitatius נביא, quam ראה compellari. ראה enim proprie dicitur, qui futura occulta videt & prædictit, נביא vero occultorum aut obscurorum interpres.

¶. 9. חנ לכם מופת ad litt. date *vobis* signum; loc. לכם, quod Vulg. consulto omisit, cum τοις ὁ melius ἡμῶν *nobis*, legitur. Syr. & Arabs *mihi* loco *nobis* habent.

¶. II. — *חרטמי מצרים* — De ejus vocis origine, sitne hebr. an ægypt. inter se certant erudit — Nobis arcanorum magistros significat. Præcipui horum coll. II. ad Timoth. III, 8. *Jannes & Mambres* vel potius *Jambres* fuisse videntur *.

* Ita enim Orig. Græc. V.V. Interpr. Syriac. Aethiop. Arab. Targ. Jonath. &c. legunt.

¶. 17, & seqq. ונהפכו לדם — Vulg. & vertentur — aquæ — in sanguinem, — h. e. colore saltem. — Sanguinem enim proprium & animalem ut hic intelligamus nihil cogit.

וַיָּרֹם בְּמִתְהָא ad litt. & levavit cum baculo: — quis levavit? — AARON: ita supplet MS. A. ἐπαράστας Ααρὼν τῷ φαβδῷ αὐτῷ, ac Syr. — בְּ מִתְהָא ante in hebr. vel plane redundat, vel omissum את יְדֵה manum suam quibus additis hic sensus erit: & elevavit AARON manum suam cum baculo.

Cap. VIII. 3. in hebr. Cap. VII. 28. וְעַל־כְּפָרֻדִים וּבְמִשְׁאָרוֹתִין . . . ingredientur ranæ . . . in reliquias ciborum tuorum. — οἱ δέ verterunt, εν τοις φυραμαστὶ σὺ, in farinas tuas subactas: forte ω̄ loco ω̄ schin in voce משארה legendo in suo cod. Idem vi- sum fuit Illust. MICHAELIS * qui vertit: in deine Backtröge. — Nobis coll. Deut. XXVIII, 5. ubi idem nomen recurrit, vi- detur indicare panaria, sive receptacula pro pane, aliisve cibis servandis.

* In seiner deutschen Bibelübersetzung des A. T. ersten Auflage.

וְהַתְפֹּאָר עַל־ Vulg. gloriare, (sensu hic minus apto) V.V. Interpretes vix non conspirantes haud infundate הַתְבֹּאָר designa mihi, legisle videntur, et si nullus adhuc Codd. antiquiorum posteriorem lectionem teste-

testetur; nam οιδε: ταξαι προς με; — Onk. שאל לך נבורה והב לך ומני ונו pete tibi portentum, & constitue tibi tempus &c. — Houbigantius in notis ad h. l. obscuritatem ληχ errori Scribarum imputat, olimque אהרtha כאר tu declara, scriptum subponit: sed quo fundamento?

ং. 16. in hebr. 12. כנימָה JOSEPH LUTH. per pediculos, *Läuse*, exposuerunt; — nos cum τοις ὁ, Phil. Orig. Hier. cinipes five culices, *Mücken oder Schnacken*, intelligimus.

ং. 18. hebr. 14. ויעשו כן החרטמיִת Vulg. & fecerunt similiter malefici, i. e. conati sunt facere; effectum enim illorum conatibus non respondisse, eorumque facultatem æmulari Moysis prodigia valde restrictam fuisse, textus ipse docet ibidem: ולא יכלו non potuerunt.

ং. 21. hebr. 17. הנה משליח בר...את-הבר Vulg. ecce ego mittam in te ... omne genus muscarum: — sed cur: *omne genus muscarum?* hoc saltem עבר in fonte non exprimit. — Cum itaque nomen præfatum vi rad. colluviem, mixtionem quandam indicet, hinc diversæ diversorum Interpretum expositiones natæ videntur. — Et quidem τοις ὁ

עבר

27 idem ac
prout Hieron.
musca communis
musca, — B.
R. Ezra
fabulator est
serpentes, &
Erat par
uros & leones
utumans. Ha
poddam gen
& bestias me
hic fugitiva
ac indoles
sub צב
— eine Br
* Epid. id
** Comme
*** In den
bewohnt
Vulg. fac
fen &c.
& diffingue
mias Ver

— Onk.
porten.
— Hou.
tatem
olimque
onit: sed

LUTH.
— nos
nes five
intelli.

Vulg.
e. conati.
in conati.
auctalatem
estrictam
אַנְגָּלָן sed

הַנִּזְבֵּן
omne ge-
genus mu-
non ex-
factum vi-
indicit,
o expo-
m 72, 6

רַבְעָן
וְחַפְלִיתִי... אַת־אֶרֶץ גְּשֻׁן וְגוּ

idem ac *Kυνομυia*, *musca canina* est, aut prout HIERON. * legendum putat, *Kυνομυia*, *musca communis*, — Aquilæ *παρμυia*, *omnis musca*, — Bocharto *musca nigra*.

R. Ezra leones, lupos, leopardos hic fabulatus est; quibus R. Salomon addidit serpentes, & scorpiones.

Errat pariter Calmet ** ex Sap. XI. 18. ursos & leones &c. a Deo revera immisso autumnans. His omnibus missis nos speciale quoddam genus muscarum, quæ & homini & bestiis maxime infestæ ac nocivæ sunt, hic significari sustinemus, etsi nomen earum ac indoles nobis incerta sint: ni forte sub רַבְעָן cum Cl. MICHAELIS *** *tabanum* — eine *Bremse* — cogitare libeat.

* Epist. ad Suniam.

** Comment. litt. in Exod. h. 1.

*** In den Anmerkungen für Ungelehrte zur deutschen Bibelübersetzung des A. T. h. 1.

וְחַפְלִיתִי... אַת־אֶרֶץ גְּשֻׁן וְגוּ
Vulg. faciamque *mirabilem* ... terram **Gef-**
fen &c. — Nos cum aliis V.V. a rad. **פלָה**,
& *distinguam* &c. materiae substratae confor-
mius vertimus.

הנה יר יהוח הוויה — **גַּזְעֵב**
 במקן אשר כשרה בסופים בהMRI וו
 Vulg. hebræo nec littera, nec sensu respon-
 det ita hæc exponens: ecce manus mea
 erit super agrostuos & super equos, & as-
 nos &c. pestis valde gravis: — cum hebr.
 ad litteram ita vertendum sit: ecce manus
 Domini erit super gregem tuum, *qui est in*
campo, scilicet super equos & asinos &c. erit pe-
 stis valde gravis. — Sicque non obstat in-
 fra Capiti XIV. narranti PHARAONEM cum
 sexcentis curribus, adeoque cum equis ad-
 huc residuis, Israelitas fuisse infecutum: —
 non enim omnes equi, sed hi tantum, qui
 in campis erant, peste perierant.

וְהַפְלָה יְהוָה וְזוֹ **אֶלְף**. Nos denuo & *distinguet*
JEHOVA — loco, quod Vulg. verterit: & fa-
 ciet Dominus *mirabile* &c. — suspicanti Cl.
MICHAELIS * loco **דְּבָר** legendum **דְּבָר** *pestis*,
 videtur obstare ipsa verborum constructio:
 cum Ipsomet fatente in hoc casu alias legen-
 dum potius esset: **בְּדָבָר** cum **בְּדָבָר** vel loco
ימִתָּה, **ימִתָּה**; tandem aliunde præfens
 punctatio legitimum admittit sensum.

* Im III. Theil seiner neuen oriental. und exe-
 getischen Bibliothek.

כִּי עַתָּה שְׁלַחֲתִי אֶת יְדֵי וְאֶת אֹתֶךָ ۱۵. וְאֶת־עַמְךָ בְּדָבָר וְתַחַד מִן־הָאָרֶץ וְנוּ
 Vulg. ita vertit: nunc enim extendens manum percussiam te & populum tuum peste, peribis que de terra: sed minus apte ad rei gestæ eventum, dum constat eundem PHARAONEM in mari rubro, non vero peste periisse. Nos igitur servata verborum hebr. constructione sensum contextui magis conformem hunc eruimus: si jam extendissem manum meam, & percussissem te & populum tuum peste, excisus fuisses de terra; — dein prosequitur textus ordinate ita: veruntamen ideo servavi te, &c.

Cl. MICHAELIS hunc dedit sensum: *Schon jetzt wollte ich meine Macht gegen dich gebrauchen &c. sed cum non reflexerit ad partic. condit. כִּי in fonte, sensum plene asecutus nobis haud videtur.*

Cap. X. II. Præplacebat nobis Samar. qui loco hebr. נֹא כַּנְעָן i. e. *non sic*, habet נֹעֲנָן ideo utpote stylo narrationis conformius.

Ibidem: וַיַּגְרַשׁ אֶת־בְּנֵי פְּרֻעָה & ejicit eos a facie PHARAONIS: — quis ejecerit illos, non exprimitur. Aliae igitur V. V. pleræque aliter legisse suis in codd. subpo-

nuntur, dum cum Samar. זְעַזְעָזִים & ejecerunt eos — puta, Ministri &c. — vel וַיַּרְשֵׁו in pass. prout Vulg. innuit: Et ejelli sunt a conspectu PHARAONIS, aut quod verius nobis adparet ad genium linguae, imperson. positum est verbum.

אֲשֶׁר יָמַת שָׂא legendum esse, & contextus, & V. V. aliæ persuadent.

Cap. XI, 4. וַיֹּאמֶר מֹשֶׁה כִּי יְהוָה כָּחֶזֶת הַלִּילָה אֲנִי יוֹצֵא בְּתוֹךְ מִצְרָיִם וּמִתְּכֻבָּר וּמִתְּכֻבָּר וּמִתְּכֻבָּר
Et ait MOYSES: sic dicit Dominus: circa medium noctem egrediar per medium Aegypti & morietur omne primogenitum &c. Angelus exterminator, quo mediante stragem primogenitorum peractam voluere plures Interpretes, neque hic neque alibi in Fonte hebr. invenitur.

וְכֹל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לֹא יְחִזְקַל בְּלַשׁן 7. Vulg. Apud omnes autem etiam etiam animal non mutiet canis — sive ad lit. — canis non movebit linguam suam &c. — Ita & os: καὶ εἰ πάσι τοῖς οὐοῖς Ἰσραὴλ καὶ χρυζεῖς κυνῶν την χλωσσην αυτών &c. — Hinc divinare haud possumus, cur cel. MICHAELIS * ita ex hebr. verterit: Bey den Israeliten aber soll kein Hund

Hund

Hund krank werden, weder Mensch noch Viehe soll sterben. — Antithesin igitur inter cædem primogenitorum Aegypti & Israelitarum immunitatem ab illa hic indicari suspicatus videtur, sed textu originali prorsus invito: antithesis enim, quæ innuitur, versatur non inter mortem & vitam, sed inter clamorem maximum Aegyptiorum excitandum ob primogenitos cædendos ॥. præc. prænuntiatum, & silentium Israelitarum, qui ejusmodi strage omnino liberi prædicuntur, energice proverbiali sententia expressum.

* In der deutschen Bibelübersetzung A. T. h. l.

Cap. XII, 3. וַיְקֹרֵב לְהָם אִישׁ שָׁה וּנוּ Vulg.
Et accipient singuli sibi agnum: & ॥. 5. שָׁה
וּנוּ Sit agnus perfectus, masculus, unius anni h. e. annum a nativitate integrum nondum egressus. Coll. enim Levit. XXII, 27. a die octavo post nativitatem & deinceps poterat quilibet tam vitulus quam agnus Domino jam in sacrificium offerri; proin annus completus a nativitate non exigebatur, prout tamen Cel. MICHAELIS hic intellexisse videtur h. l. ita vertendo: *Es muß aber ein Bock und ein Jahr*

alt seyn. Nihil enim vetat sub **שְׁחָה** intel-
ligere *ein Lamm*, usu antiquo probante,
quo solet dici: *das Osterlamm*, non vero, *der
Osterbock*.

* In der deutschen Bibelübersetzung mit Anmer-
kungen für Ungelehrte ad h. l.

וְהִי הַיּוֹם הַהוּא לְכָמֵלְוִרְזָנוּגָו Erit dies
iste vobis in memoriam &c. — Quæ ab hoc
וְ. usque ad **וְ.** 20. de ritu celebrandi Pascha
cum azymis per septem dies leguntur po-
steriori primum tempore præcepta, antici-
pato hic occasione festi Phase inserta Israe-
litæ in Aegypto adhuc existentes nondum
obligasse videntur; cum juxta **וְ.** 34. volun-
tas eorum panem adhuc fermentandi nisi
subito exire coacti fuissent, clare pateat.
vid. quoque infra **וְ.** 39.

וְ. 17. וְשִׁמְרוּתָם אֶת־הַמְצֹות וְנוּ Vulg. Et
observabitis *azyma* &c. — Verum **אֲנָ**
אֲ rad. **צָוָה** rectius *præcepta* significat suffra-
gantibus *τοις οἱ φυλαξέστε την ευτολην ταυτην*. —
Observantia enim *azymorum* **וְ.** 18. subseq-
mox *præcepta* legitur.

ולקחתם אנgraת אוזב וטבלתם ברם אשר
בسف והגעתם אל-המשקוף ונו Vulg. fascilumque
hylopi tingite in sanguine qui est in *limine*,

&

& aspergit
cum ap vel
fit, reliq. V
conformiu
suerunt.
וְ. 1
Vulg. tult
populus co
pallis posuit
num feria
Cl. MICHAEL
liis ligari,
potuit -
cur non
negat **וְ.**
aquis subje
sceri. His
recurrentes
cur non &
net incom
hebr. tol
boria su
liis super
• Vid.
mittit
crede
LETTE
condic

& aspergite superliminare &c. — Verum cum נס vel *limen*, vel *pelvum* significare posse, reliq. V. V. Chald. Syr. & Arab. sensu conformius per *pelvum* five craterem expulerunt.

וישא העם את-בצקן טום יחמי נ. 34. Vulg. tulit igitur משארתם צורת בשמלה וגו populus conspersam farinam & ligans in palliis posuit super humeros suos. Sed num farina aquis jam subacta aut prout Cl. MICHAELIS vertit, *Teig*, commode palliis ligari, asportarique pro longo itinere potuit? — vel si jam farina aquis subacta, cur non & fermentata fuit? quod tamen negat נ. 39. infra — farinæ enim, dum aquis subigitur, solet fermentum jam admisseri. Hinc cum idem בצקן L. II. Sam. XIII, 8. recurrens farinam nonnisi siccum indicet, cur non & hic loci, quo sub sensu nil remanet incommodi? — Sic itaque reddimus hebr. tulit autem populus farinam suam, *cibaria sua* — in vulg. omissa — ligata in palliis super humerum suum. *

* Vid. l'Exode expliqué d'après les textes primifs avec de responses aux difficultes des incredules par M. l'Abbe du CONTANT de la Motte Vicaire General de Vienne. Tom. second. h. I.

וַיֹּשְׁאָלָו מִמְצָרִים כַּלְיְכָה וְכַלְיְזָבֶב
 v. 35. Et filii ISRAEL petierunt ab Ae-
 gyptiis vas a argentea & aurea ac vestimenta &c. quæ forte ad festum Domini in deser-
 to cum quodam splendore celebrandum sibi
 necessaria fore præviderant. — Igitur cum
 ea mutuo acceperint sine animo retinendi,
 Aegyptii quoque illa sponte cesserint & tan-
 dem ob bellum a PHARAONE injuste illatum
 jure belli licite ab iis retenta fuerint, nobis
 haud adparet ratio, cur ob hoc factum Israeli-
 tæ furti grandioris rei ab ullo incusari possint.

וּמִשְׁבֵּת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר יִשְׁבּוּ בְּמִצְרַיִם
 Vulg. Habitatio
 שלשים שנה וארבע מאות שנה
 autem filiorum ISRAEL, qua manserunt in
 Aegypto, fuit quadringentorum triginta an-
 norum. — Multos diu Interpretes gravis
 hæc vexavit quæstio, utrum hi 430 anni ad
 litteram textus hebr. computandi fint pro
 sola Israelitarum mansione in Aegypto, an
 vero huic simul addendum tempus præviæ
 commemorationis patrum eorum in terra Chanaan? — Priori opinioni obstat, quo
 Cap. VI. 18-21. h. l. vitæ anni Cehati in Pa-
 lestina antea jam nati 133. Amrami 137. &
 Moysis 80. nonnisi 350. æquent; nam

$$133 + 137 + 80 = 350$$

etiam si,

etiam si, quod tamen incredibile, in anno ultimo vitae genitoris decedentis figuratur annus nativitatis sequentis filii. — Hunc 80. annorum defectum ut subpleant, quosdam in Genealogia intermedios omissos fuisse subponunt fautores hujus opinionis. — Posteriori favent tum Samar. ita referens: habitatio autem filiorum ISRAEL & patrum eorum, qua habitaverunt in terra Chanaan & in terra Aegypti, fuit quadringentorum triginta annorum. — Tum οἱ ὁμ. Ηδὲ πατοι-
 κησις τῶν οὐρών Ἰσραὴλ, ηπειρωτικῆς εν γῇ Αι-
 γύπτῳ, καὶ εν γῇ Χαναὰν επὶ τετράκοτια τρι-
 κοντα — MS. A. addit: αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες
 αὐτῶν — Cod. Kennicott. 651. habet, כמצרים וברצ גיטין In Aegypto & in terra Chanaan & in terra Gosen. — Hos igitur Duces sequenti, ab egressu ABRAHAE de Haran usque ad ingressum JACOB in Aegyptum 215 — & ab hoc ingressu usque ad exitum Israelitarum ex Aegypto pariter anni 215 reddent summae 430 annorum. — Confirmat hunc sensum S. Paulus ad Gal. III.
 16. 17. . . . ὁ μετὰ επὶ τετράκοτια καὶ τρικο-
 ντα γεγονὼς χρόνος &c., quae a facta ABRA-
 HAE promissione seminis benedicti Gen. XII,
 7. post annos 430 data est lex — proin-

postremæ sententiae & nos subscribimus. —
 Imo ad hanc ipsam sententiam hebr. textus
 masor. pronus revocari poterit, si quod
 illi alias non insolens est, intellecto numero
 ordin. pro card. ita loqui statuatur: habitatio
 autem filiorum ISRAEL fuit usque ad 430.
 annum; ubi nimurum finiti fuere 430 anni
 ab ABRAHAM computati. Dubia quæ Cl.
 MICHAELIS * cum nonnullis aliis huic sen-
 tentiae præcipue ob 215 annorum angustias
 pro Israelitis ad 600000 virorum millia us-
 que multiplicatis obmovet, D. Defendens
 rogatus coram diluet; vel etiam eo tacen-
 te ipsa historia Exod. I. de singulari Israeli-
 tarum foecunditate & incremento — ægyp-
 tii climatis favore, polygamia &c. simul
 computatis relata — eadem jam præoccu-
 passæ videtur, ita quidem ut si 50 genito-
 ribus ex 66. cum JACOB Aegyptum ingressis
 tantum 3. masculi quot annis nati concedan-
 tur, hisque circa 20. ætatis annum nuptui
 datis, per decem vicenarios intra 200. an-
 nos progressione geometrica multiplicatos
 masculos supponas, completo ultimo vicen-
 nio invenias — demis fœmellis — 2952450
 mares, proin multo plures ac tantum
 600000

600000 peditum, quot quidem Aegypto
egressos ¶. 37. h. c. recenset.

* V. Orientalische und Exegetische Bibliothek.
XII. Theil. S. 92.

וְהִיא לֹא תַּעֲשֶׂת עַל־יִצְחָק וְלֹא כְּרוֹן
בֵּין עַיִּינֵךְ לְמַעַן תַּהֲיוּת חֹרֶת יְהוָה בְּפִיךְ וּנוּ
ita red-
dimus: Ceremonia ista — paschatis — sive
potius memoria liberationis tuae ex Aegypti
servitute sit tibi semper praesens, ac esse
solet quoddam signum in manu tua, aut me-
moriale inter oculos tuos, ita ut haec Do-
mini lex — celebrandi paschatis — semper
sit in ore tuo, scil. posteris eam narrando &c.
Perperam igitur Judæi superstitiosi haec &
alia quædam membranis inscripta brachio-
que adligata, quæ τηλί vocant, græci
φυλακτηρια Matth. XXIII. 5. — gestanda ve-
lut lege præcepta interpretati sunt. —
Ejusdem quoque sententiæ non pauci Inter-
pretes Christiani olim fuisse leguntur, qui-
bus cum aliis se fortiter obposuit S. HIE-
RONYM. *

* Commentar. in Matth. C. V.

¶. 16. Sub טומפת — quam vocem Vulg.
per quasi adpensum quid ob recordationem, cir-
cumscripsit — nos frontalia intelligimus.

וְחַמְשִׁים עַל־נֶגֶד־יִשְׂרָאֵל מִארְצֵי מִצְרַיִם. **א. 18.**
 Vulg. & ascenderunt armati filii ISRAEL de terra Aegypti. — Sed cum pressus hactenus in Aegypto Israelitarum status vix conciliari possit cum quodam armorum adparatu, oī verterunt: πεμπτη δε γενεα αρχηνοσεων οι νεοι Ισραηλ εκ γης Αιγυπτου — quinta generatione ascenderunt &c. — Nobis λαχανίים vel quini per ordinem quasi militarem — vel a rad. arab. *ಹಂಷ* congregati significat, hinc sequens est sensus: ascenderunt . . . quini per ordinem, — vel congregati — h. e. non in minores turmas aut promiscue dispersi.

וַיֹּהֶי הַלְּךָ בְּעַמּוֹד עַן . . . בְּעַמּוֹד אֲשֶׁר יָמַן loco: præcedebat eos Dominus in *columna* nubis de die, & in *columna* ignis de nocte, — vertimus potius: in nube stabili — igne stabili cum Cl. MICHAELIS bestiændigen *Wolken* &c. — utpote cui magis quam alicui *columnæ*, effectus quos illi MOYSES tribuit, convenire videntur.

Cap. XIV. 4. **וְאַכְבָּדָה בְּפִרְעֹה וְכָל־חַילוֹ וְנוּ**
 Vulg. & glorificabor in PHARAONE & in omni exercitu ejus. — Cl. MICHAELIS: Ich will an ihm und seinem ganzen Heere Ehre ein-

einlegen. — Num hic sit genuinus fontis sensus, multum dubitamus; non enim suffocatos postea in mari rubro aegyptios sed se ipsum Deus, suam nempe providentiam, omnipotentiam &c. clare manifestando glorificavit.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֲלֵיכָם מִה-תְּצַעַק אֵלִי וְנוּ
א. 15. Vulg. dixit Dominus ad MOYSEN: quid clamas ad me? — cum nihil de Moysis ad Deum precibus in hebr. legatur, lacunam hic subponunt Interpretes, quam subplet Syr. præmittendo: & oravit MOYES coram Domino.

וַיֹּיט מֹשֶׁה אֶת-יְדָיו עַל-הָים א. 21. & ב. 22.
וַיֹּולֶךְ יְהוָה אֶת-הָים כִּרוֹחַ קְדִים עַזְּבָנָה כְּלַחְלִילָה וַיָּשֶׂם
אֶת-הָים לְהַרְבָּה וַיִּקְרַע הַמִּים וַיַּכְאַב בְּנֵי-יִשְׂרָאֵל
בְּתוֹךְ הַמִּים נִבְשָׂר וְהַמִּים לְהַם חַמָּה מִמִּינֵּם
וּמִשְׁמָלָם h. e. cum extenderet Moys. manum suam super mare, fecit JEHOVA flante tota nocte vento valido orientali mare recedere, reddiditque mare h. e. fundum ejus siccum, ac divisæ sunt aquæ; & ingressi sunt filii ISRAEL per medium siccum maris ita ut essent aquæ ipsis velut murus ex utraque parte dextra & sinistra. — Illis qui transitum Israelitarum per mare rubrum causis mere naturalibus i. e. fluxui & refluxui

fluxui maris, vento adverso vehementiori &c. vindicare conantur, aperte adversantur tum situs maris, statio prævia Israelitarum, ventus non qualiscunque sed orientalis, tum aquæ ex utraque parte elevatae &c. &c.

Cap. XV. 3. — יהוה איש מלחמה וְיְהוָה שֵׁם non verba sed sensum expreſſerunt. — יהוה שֵׁמו Vulg. *Omnipotens* nomen ejus nequidem sensum preſſe reddidit: יהוה namque æternum, immutabilem proprie insinuat.

ו. 8. וּבִירוח אֲפִיק נַעֲמֹדִים Vulg. in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. — Sed sensus pronior rei videtur: vento tuo vehementi aquæ compressæ sunt: — quæ וְיְהוָה ita vertere: διεξη uelut divisa est aqua.

ψ. 13 - 17. Verborum præterita ut rei convenient de futuris eventibus more prophetico explicanda sunt; ψ. 14. tamen loco שְׁמַע audient, in vulg. mendose legitur ascenderunt populi. — Sieut & ψ. 19. loco סֻם equus, irrepdit in vulg. eques.

Cap.

Cap. XVI.
tempa: nec c
cum aliis pilo
legimus.
ψ. 18. 72
Vulg. & mend
— manna —
bait amplius,
perit minus.
suffe, simile q
declarabitur.

ψ. 31. 7
quah feme
mole, form

ψ. 33. 7
Et filii ISRA
mederunt
venirent in
Naan. — H
annos 20
nat, nifi
tionem H
probabilit
manum re
marginem
tua interp

Cap. XVI. 13. Per **הַשְׁלֹו**, græce ογρυχο-
μπρεα: nec cum LUDOLFFO locustas, nec
cum aliis pisces alatos, sed coturnices intel-
ligimus.

יָמְרוּ בָעֵמֶר וְלֹא חָדִיף הַמְרֻבָה. ¶ 18.
Vulg. & mensi sunt לא החסיר וגוי
— manna — nec qui plus collegerat ha-
buit amplius, nec qui minus paraverat, re-
perit minus. — Nihil miraculi hic interve-
nisse, simile quid forte suspicanti, coram
declarabitur.

וְהוּ אֲכַרְוָע נְדָל בֵן וְגַו. ¶ 31.
Vulg. quoderat quasi semen coriandri album &c. — puta,
mole, forma tantum, non colore.

